

*Hippocrates Chymicus. 87*

sublimatus compositus ex acidis mineralibus supradictis, vitriolo nimirum, nitro & sale, quorum acidum ab argento viuo, vt alcali, absorptus, in excellens falsum mutatur; lacti nullum damnum infert. Hinc patet falsa quidem dissoluere, mucilagino-  
*Salsa, lac non constringunt.*

\*\*\*\*\*

*Calculus resoluit & componit pro maiori lumine.*

CAPVT XIII.

**D**ixi præcedenti capitulo, perceptibile, vel manifestè acidum extra stomachum esse morbosum, hancque assertionem calculi compositio docet, quem pro maiori lumine mechanice resoluam & iterum componam. Accipe calculum de ve-

*Calculi analysis.*

H ij



fica excisum, vel sponte de renibus elapsum, drachma vna vel altera sufficit: hunc inde vitreae retortae, nouae ac mundae ( calculus non sit in puluerem contritus, sed eâ magnitudine, vt in collo retortae non adhæreat ) retortam pone in arenam, cui appone receptaculum mundum ac nouum, vrge moderato igne, & primò extillabit alcali, similis vrinae, nullius tamen odoris, in receptaculum; & paulò post fixior pars eiusdem alcali sublimari in retortae collo videbis, ambo spiritus, liquidum & solidum misce, ac diligenter vasculo vitreo cerâ obturato serua, aliàs aperto, in auras abiret, de quo Hippocrates *a seorsim, neque sibi, neque vlli alteri sufficiens est.*

z Lib. I.  
de diata.

In frigefacta retorta reperies calculi frustula, eadem formâ, quâ posita fuerint, adeò tamen leuia & friabilia vt si digito leuiter saltem tanges, in puluerem concidant, sicut cadauera in subterranea Roma: quibus frustulis



*Hippocrates Chymicus.* 89

integris, si rursus affuderis alcali ex calculo reseruatam, vel aliud urinae statim indurescit ut erat, pro signo quod alcali in dicto cadauere reperiat occultum acidum, quod illud absorbeat: nisi enim acidum inuenit, solus in aperto aere non persistit, sed iuxta eius naturam in auras abiret, quia seorsim, neque sibi, neque ulli alteri sufficit, ut docet Hip.

Hinc discitur quod nimirum calculus non congelatur neque in vesica, neque in renibus, nisi ab urinae alcali, aut alcali loci, & acido indebite, impertinenter aut per errorem ex stomacho delabente, & ibidem generato: acidum & alcali ibidem coniuncta, necessario *a* in massam coire debent, ut vbiq; ostendam; & quicquid non procul recedens ab earum natura, apprehendunt; illudque cum illis duabus coagulum suscipit, ut in calce dixi & quotidiana experientia docet: hinc calculi ruffi congelati sunt pauculo sanguine, qui

*a SCIO, inquit Rosarij Author, quia de necessitate, opus ad talem perueniet naturam.*



*2. Lib. 1.  
de diata.*

ibidem ab acido ex vena erosa defluit; sunt ideo friabiliore alij, alij candidiores, qui mucilaginem associatam habent, ideoque duriores. Hoc est quod exclamat meus Chymix peritissimus Hippocrates a. *Hæc ita sunt per diuinam necessitatem, nesciunt tamen quid faciunt: unum quodque fatum destinatum explet, id sonat: ambo hi spiritus aut facultates, coniuncti in quocunque loco, necessariò concreescere & congelare debent; at seiuncti, in natura nihil efficiunt, neque persistere possunt, neque sibi, neque alijs sufficiens est, inquit Doctor meus, adeòque acidum manifestum extra stomachum, in quocunque loco extiterit, est morbosum & naturâ odiosum.*

*Hæc doctrina senis est verissima, quotidie enim in praxi observatur, calculos in omnibus corporis vacuitatibus concreescere, vbi cumque acidum per errorem cum alcali concurrerit, vt in pulmonibus, in iccore, venâ*



*Hippocrates Chymicus.* 91

portâ, vteribus, intestino collo, in bilis quoque vesicula contra acutissimum Galenum, qui

docet, a lapidem in vesica & renibus, duntaxat à calore nasci.

Calculus itaque omnium animalium (de quo hic est sermo)

non habet in sua compositione nisi acidum & alcali, ambo volatilia, vt & sanguinem, aut mucilaginem; dum verò in vesica fellea coagulatur, apprehendit

amarum istud, quod ibidem concurrat.

Accedentibus illis huc, his verò illuc, & inter se permixtis &c.

Hinc discitur quantum valere possit in morbis periculosis, aqua lapide porcino affusa, in felle hystricis inuento? quem tamen summis laudibus extollant, qui medicinae instrumenta ignorant: mirum autem, quod hunc lapidem vt igneum non timent, cum à felle amaricet; quod hactenus non animaduertent.

Huius lapidis ablutio, si quicquam prodesset, profectò vnica

a Lib. 2.  
de locis affectis.

b Hipp. lib.  
1. de diata.

Porcinus  
lapis.



fellis guttula vilissimi cuiuscunque pisciculi, multò præstantior esset, quam viginti lapilli ablu-tiones.

Ex coagulatione itaque calculi nunc elucet, quid lithontribon, cantharides, sanguis leporis, vulpis & similia, in lithiasi profecerint hætenus?

Paracelsus itaque rectè sentit calculus (& nodosa podagra) instar tartari coagulati, binis facultatibus, iuxta Hippocr. doctrinam, acido nimirum & alcali, secumque coagulat fæces quasdam, ibidem casu repertas: Et Galenus a contra se suosque testatur, cognitâ causâ facile esse remedium inuenire: adeòque quicquid lapidum cancrorum, iudaicum silicum, ciprinorum, percarum, & similibus puluere tenuis vel aceto solutorum, ad calculum per os sumitur, com-bibit quidem coaguli anteceden-tem causam, id est acidum quod ostendi; coagulatum autem cal-culum, non minuit.

a Lib. 7  
methodi.



*Hippocrates Chymicus.* 93

Sic etiam falsa pro acida parte impediunt quidem calculi concretionem quatenus alcali urinæ absumunt & absorbent; ita ut errans acidum in corpore, non inueniat alcali quocum sibi constringere & coagulare possit; ipsum autem concretum calculum falsa non dissolvunt,

Quod autem sal commune, urinæ alcali, & reliqua alcalia animalium in se combibat & absorbeat, supra in salis armoniaci præparatione ostendi, & nunc aliâ mechanicâ demonstrabo.

Notum est, quod carnes cuiuscunque sint animalis, conseruantur sale communi, qui paucis in diebus, in liquorem salsum sanguineum defluit, hunc liquorem coque, & despuma, huius libram circiter, inde retortæ vitreæ, & blando igne omne humidum euoca, vltimò retortam obrue arenâ, & ignem auge, tunc eleuabitur in retortæ cololum, alcali carnis, urinæ alcali simile; quod sal commune, ex



*Salis  
communis  
dignitas.*

carne absorpsit & absumpsit, solâ maceratione paucarum dierum; eodem modo sal, quem comedimus, quotidie absumere, & combibere superfluum alcali in concavitatibus seu ventriculis (vt ait Hippocr.) hinc inde collectis, ac transpiratione ineptum necesse est, & ratio dicitur; imò & experientia testatur: ex vrina enim facili methodo sublimatur alcali, & sal maris sicut comestus manet in fundo; eadem viâ, vt iam de falso carnis liquore ostendi. Hinc colligere licet quòd sal mortalibus datum sit, tanquam necessarium sanitatis & vitæ sustentaculum.

*Nihil  
esse natura-  
lius docent  
sapientes,  
quam solui-  
rem ali-  
quam, per  
id, à quo  
suum habet  
componi.*

Ex dictis & ostensis nunc liquet mechanicâ necessitate, quòd calculus non dissolvitur, nisi medio sapore inter acidum & alcali; is mutatur in vrinam integris viribus, intimis gratus, vt dictum est, deberque esse subtilis, adèd vt libere cuncta peruadat. Hanc soluendi methodum, voca à contrario, vel à simili, non



*Hippocrates Chymicus.* 95

errabis; alcali enim si solvit, fit  
à simili: acidum si destruit, fit  
à contrario: Ecquis alius quam  
Hippocrates (cuiusvis sectæ)  
hunc nodum nobis dissolueret?  
Hippocratem itaque in medici-  
na directorem, & in reliquo vi-  
tæ cursu egregium præceptorem  
non sine causa commendat no-  
bis Galenus a

a Ad  
Glaucōnem

Est & specificum remedium  
paucis notum, quod iunioribus  
calculum vesicæ planè tollit sine  
recidiva, adulti verò nullum sen-  
tiunt incommodum, qui illud  
per os sumunt, & nisi timerem  
impostorum reformationem, lu-  
bens istud communicarem: sed  
casus hîc plus valet quam ratio.  
Eodem remedio sanatur etiam  
astma perfectè, sic & epilepsia  
ex inferis.

Calculi  
remedium  
vr & Epi-  
lepsia &  
Asthmatis.

